[illegible]

na hereditate tanquam illegitima amoveri contendit. Ad quod, si ita est, dicimus viduam liberam nuntietis. In

Per tuas litteras intimasti quod nobilis vir R. exhibuit quam secundum opinionem maioris partis vicinie in concubinam habebat, prole suscepta quandam, postmodum et aliam eam defuncta duxit uxorem. Relicta eque prole susceperat virum sibi alium copulavit. Processu vero temporis idem R. in presentia multorum firmavit proprio iuramento quod eam quam habere visus fuit concubinam prius affidaverat in uxorem, quam ex ea filium genuisset, et postea dum ageret in extremis eum quam ex ea susceperat in testamento heredem instituens legitimum filium appellavit. Cum autem tue fuisset inquisitioni commissum an filius susceptus legitimus heres esset ipsius R. et ad eius patrimonium admittendus, tu post [illegible] decretali Alexandri pape III statuendo esse super hoc viro uni et mulieri secretas [illegible] testibus a filio eiusdem R. productis, quibus liquide comprobavit patrem R. matrem suam in capella sancti Georgii affidasse, eum ipsius R. heredem esse legitimum iudicasti. Nos igitur attendentes quod plus est quod in veritate agitur quam quod simulate concipitur, licet idem R. cum ea dimissa quam in concubinam habuerat ad alia non

[illegible]

[illegible]

celebratam sive per [illegible] carnali copula subsecuta, non tamen decretali predicti pape III Alexandri qui in casu dissimili loquitur, quam probationibus inductis sentientes te processisse legitime, sententiam tuam auctoritate apostolica confirmantes. Idem

nobili viro W. montis Pessulani.

Per venerabilem fratrem nostrum Arelatensem archiepiscopum nobis supplicasti ut filios tuos dignaremur legitimationis titulo decorare, quatenus eis quominus tibi succedant natalium obiectio non noceret. Quod autem super hoc apostolica sedes plenam habeat potestatem ex illo satis quod diversis causis inspectis cum quibusdam minus legitime genitis, non naturalibus tantum sed adulterinis etiam dispensavit, sic ad actus spirituales filios legitimans ut possint in episcopos promoveri. Ex quo non solum creditur et probabilius reputatur ut eos ad actus legitimare valeat seculares, presertim si preter Romanum pontificem in temporalibus superiorem alium non cognoscant qui legitimandi habeat potestatem. Quia cum maior in spiritualibus tam providentia quam auctoritas et idoneitas requiratur, quod in maiori conceditur licitum esse videtur etiam in minori possibile, quia et ex eo posse probari cum eo ipso quod aliquis ad apicem episcopalis dignitatis attollitur eximitur a patria

[illegible]

[illegible]

Fragm. lat. 259-3

Universitätsbibliothek Leipzig